



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Ecclesia Collegiata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- Capellarum. Decisum refert Ricc. in pra-
xi diet. resol. 201.
- 19 Ecclesia diruta in profanos usus, non
sordidus, eredita ibi Crux, conuerti po-
test. Trid. loc. cit.
- 20 Profanari non potest, ut sit ibi domus
pro Gurato, sine licentia Sedis Aposto-
lica. Congreg. Episcop. 6. Aug. 1601.
- 21 Lapidem, cimenta ligna vendi possunt,
laicos etiam, non tamen, ad usum sordi-
dum. Prou. 5.
- 22 Sacrilegij penas incurunt, qui lapi-
des, vel ornamenta à templo dictinis eri-
piunt, ut ipsa ad vias proprios conuertat.
Sixt. IV. apud Nald. *Sacrilegium* n. 13.
- 23 Transferantur eo casu Reliquiae sancto-
rum, & sacrae imagines decenter. Prou. 4.
- 24 Ossa item defunctorum transferantur
cum Psalmis. *ibid.*
- 25 Forma Ecclesiae haec esse debet.
- 26 Habeatur ratio prospectus, situs, & se-
parationis ab arribus, ut circumdari
queat. *ibid.*
- 27 Ne à dominibus vicinis pateat fenestra in
Ecclesiam. Congr. Episc. 5. Martij 1619.
- 28 Imago Christi crucifixi magna in alto
statuatur. Prou. 4.
- 29 Altare maius Orientem spectet, si po-
teat. *ibid.*
- 30 Altaria ne addiscantur sub organo, aut
pulpito. *ibid.*
- 31 Neque ubi celebrans terga vertat altari
majori. *ibid.*
- 32 Ubi fornix non est, tegmen altari fiat
saltum è tela carulea. *ibid.*
- 33 Sepiantur altaria.
- 34 Sacarium extruatur in Capella maio-
ri, aut propè faciliam cum tera, & cla-
ue. *ibid.*
- 35 Sugestus congruit potius, ut sit à latere
Evangelij. *ibid.*
- 36 Sedia tantum communia fiant. *ibid.*
- 37 Et si fiant ad vias proprios, nullum tam-
en acquiritur dominis cotum in Ec-
clesia Sylvestri.
- V. Sepultura qu. 3. secundum.*
- 38 Niū dentur Patronis, honoris causa.
Genuens. in Praxi cap. 32.
- 39 Vas aquæ benedictæ intus existat non
foris, & à dextro latere ingredientis.
Prou. 4.
- 40 Simplex Ecclesia unam tantum cam-
panam habeat. *ibid.*
- 41 In frontispicio, & praesertim Parochia-
lis Ecclesie, adfinit imaginæ sanctorum
titularium. *ibid.*
- 42 In pavimento nulla Crux sculpatur. *ibid.*
- 43 Sepulchra fiant Canonicotum, & Pa-
rochorum communia respectuè. Pro. 5.
- 44 Longe ab altaribus extruantur sepul-
chra. Prou. 4.
- 45 Nec in alto, & longe minus laicorum.
Prou. 1.
- 46 Duplici regumento claudantur, neque
sacra imago, neque Crux in ijs sculpa-
tur. Prou. 4.
- 47 Vestibulum saltum ante portam sit pro
cathechismo baptizandorum. *ibid.*
- 48 Arma, sagitta, & eiusmodi ne appen-
dantur in Ecclesijs. Congreg. Episc. 19.
Martij 1585.
- 49 Noctu custodienda est. Prou. 1.
- 50 De forma cuiusque ex predictis Vide
instruct. Fabr. Ecclesi. approbatam in
Prou. 3.
- V. Benedictio. num. 1. 2. 4. 16.*
Inspatronatus. num. 7.
Subsidium caritatum. num. 5.

ADDITIO.

- 1 Fenestræ prohibentur in Ecclesia; per
quas in eam prospectus haberi possit.
Congr. Episc. 11. Septemb. 16 5. *¶* apud
Barbos. de iure Ecl. l. 1. cap. 11. num. 28.
- 2 Solus Episcopus eas habere potest. Congreg. Rit. 19. Ian. 1614.
- Ecclesia Collegiata.*
- 1 Robatur ex sigillo, arca communis
stallis congregationibus. *DD.* apud
Barbos. de iure Ecl. l. 2. cap. 6. num. 6.
- 2 Numerus trium Canonorum sufficit.
ibid. num. 8.
- 3 Insignis ea dicuntur, quæ in loco insigni.
ibid. num. 15.
- 4 Statuta Ecclesiae collegiate querenda
sunt à proprio Episcopo. Congr. Rit. 28.
sept. 1602.
- 5 Potest collegiata in processionibus pu-
blicis deferre propriam Crucem, etiam
præsente capitulo cathedrali. *e ad. 24.*
Ago. 1609.
- 6 Canonicæ collegiate non debent ince-
dere parati in processiōibus, sicut Ca-
noni-

- nonici Cathedralis. *ead. 19. Maij 1607.*
 7 Prior collegiatae, si interest in Cathedrali, incensatur duplice ductu thuribuli, ut Canonici cathedrales, *eadem 19. Aug. 1619.*
 8 Ecclesiae Regularium non sint collegiatae in odiosis. *Roderic. de quæst. regul. tom. 1. q. 43. art. 12.*
 9 Sunt autem propria conuentuales. Innocent. IV. in Bulla eiusdem 7. Bullarij, & in Clem. I. de celebrat. Missæ. ex Conc. Viennen. *Vide Cherub. in comp. Bull. loco eis. schol. 1.*

Ecclesiae Consecratio.

- 1 Non potest consecrari, nisi ab Episcopo proprio, vel alieno de licentia proprij. Barbos. *alleg. 27. num. 1.*
 2 Neque ab Abbatibus eorum propria Ecclesia. Tambur. *de iure Abb. tom. 1. disp. 23. qu. 7.*
 3 Neque ea debet consecrari, quæ sine dote est. Barbos. *loco cit. num. 3. alias tenetur Episcopus dotare. Viuian. de iure patr. p. 1. lib. 2. cap. 3. num. 16.*
 4 De novo reparata in totum, vt dicatur alia, rursus est consecranda. Barbos. *ibid. num. 13.*
 5 Reparata per partes non amittit consecrationem. Azor. *p. 2. lib. 10. c. 26. quæst. 11.*
 6 Pridie consecrationis populus ieiunet, & ipso die festū colat sine opere. Prou. 4.
 7 Ob impedimenta potest fieri sine circumventionibus extra eam. Congreg. Rit. 17. Iulij 1604.
 8 Non debet fieri sine Missa. Barbos. *loco cit. num. 10.*
 9 Consecrator in actu consecrationis potest statuere alium diem pro annivers. celebritate. Congreg. Rit. 19. Febr. 1585.
 10 Extra actum vero non potest mutari ab Episc. *ead. 16. Octob. 1604.*
 11 Si concurrent plures Episcopi cum Archiepiscopo ad consecrationem, non possunt concedere plus, quam vnum Episcopus, scilicet vnum annum Indulgentiæ. Henriq. de *Indulg. cap. 32. §. 1.*
 12 Pro consecratione Ecclesiae potest Episcopus recipere procurationem. Genuſ. *in Man. Pajor. cap. 35. num. 12.*
 13 Nihil noui ædificij fiat in Ecclesia consecrata, inconsulto Episcopo. Prouinc. 3.
- 14 Anniversaria consecrationis Ecclesiae dies solemniter agatur: si dies ignoratur, certus statuatur. *ibid.*
 15 Incidatur in lapide consecrationis memoria. Prou. 4.
 16 Vtis testis sufficit ad probandam consecrationem. Barbos. *loco cit. num. 5.*
 17 Liber conficiatur, in quo Ecclesiarum consecrationes, & benedictiones scribantur, & in Archivio Episcopali reposantur. Prou. 4.
 18 Dedicatio Ecclesiae Cathedralis habet officium in tota Diœcesi, & Octauam in Ciuitate tanum. Cong. Rit. 2. Maij 1619.
 19 Si Parochialis est festum, manè saltem abstineant vicini ab officiis: si Collegiatæ, ab eiusdem clero fiat officium. Prou. 3.
 20 Si occurrant duo festa Dedicationum, Cathedralis, & Ecclesiae propriæ, in hac fiat de propria. Rota Rom. *deciso. 616. par. 1. in recentioribus.*
V. Altare num. 1. Benedictio. numer. 2. Indulgencia. num. 11. 12. 15.

ADDITIONE.

- 1 Si de consecratione dubitatur, ob vetustatem & abolitionem monumentorum, potest consecrari. *Falc. 1. apud Cis. conum anno 275. pag. 74.*
 2 Si incepta consecratione correptus morbo Episcopus deficiat, & præfertim antequam vngantur Cruces, resumenda est à capite consecratio, *Congreg. Rit. 12. Apr. 1614.*

Ecclesiae reconciliatio.

- 1 POLLUITUR Ecclesia effusione sanguinis, & seminis peccaminosa, & notoria. DD. communiter.
 2 Item ob sepultum ibidem excommunicatum, hoc est, notarium clerici per custodem, vel denunciatum, nisi signa paenitentia dederit, est communis.
 3 Item ob sepultum infidelem, vel hereticum. Azor. *par. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 1.*
 4 Non autem, si sepeliatur ibi catechumenus. *Vgl. de pot. Episc. cap. 29. §. 5.*
 5 Ecclesia consecrata non potest reconciliari, nisi per Episcop. Azor. *loco cit. quæst. 5.*

6. Ne-